

EXPOSITIO V.

64. Græcus.

VDIENTES autem. Scilicet supradicta Christi verba, vt habet Græcus: a conscientia redarguti, qua vnusquisque se bene agnoscebat non esse immunem à peccato, imò fortè in his, quæ Christus scripserat, & legebat, maximè de suis sceleribus confusi, adulteram damnare non audentes. D. August. tract. 33. in Ioan. Attendentes se, inquit, & abscessu ipso confessi de se, Imò & timentes ne Christus ulterius pergeret, & eorum peccata argueret, vt fecit Matth. 23. n. 13. Vnus post vnum, seu, vt legit Vatablus singillatim exhibant. Hugo. Secundùm quod successiue fortè legerant Scripturam; simul venerunt, sed dispersi recedunt; aptius explicandum videtur, quod singillatim, & non simul, ne victi, atque confusi fugere viderentur, sed sentim quasi quisque sup consilio, ac nutu recederet; Hæc autem intelliguntur de omnibus accusatoribus, etiam de adulteræ marito, si aderat. D. August. Epist. 54. Puto, ait, quod hæc sententia Domini audita, si præsens fuit etiam marinus ipse, qui violatam sui thori fidem vindicari postulabat, exterritus, animum ad voluntatem parcendi, ac vltiscendi cupiditate deflexit.

August.

65. Pagnin. Arias.

Incipientes à senioribus. Addunt Pagnin. Arias: Vtque ad extremos, Nam vt senes, utpote prudentiores maiorem confusionem, ac verecundiam ex Christi verbis perceperunt. De quo quæst. 11. Remanet solus Iesus, seu, relictus est solus, rectè notantur D. Antonius Vlyssippon. sabato ante Domin. 4. Carthusianus, Caieranus, & Hugo, qui ait: Remanet solus Iesus absque Phariseis, non tamen discipulis, dictio exclusiua non excludit, nisi contrarios Iesu, scilicet Scribas, & Phariseos, Remanet solus Iesus absque mulieris nempe accusatoribus, & sui calumniatoribus; tamen remanet cum suis discipulis, ac multo populo, qui aderat stipitatus. Moraliter abeuntibus cæteris manet Iesus cum duodecim Apostolis, ac Septuaginta duobus discipulis, & solus manere dicitur, tam acta, & intima vnio erat inter Christum, & suos discipulos, & ita ipse cum suis discipulis vnus erat, & discipuli cum eo, vt quasi Christus vnus cum discipulis computetur, & cum absque Phariseis cum eis remanet, dicitur quod solus relictus est, vel dictio exclusiua non excludit nisi contrarios Iesu, scilicet Scribas, & Phariseos. Sic Christus calumniatores expectat, ac exambit, sic persecutiones præcipit, vt in magno tuorum comitatu, abeuntibus eius aduersariis, & persecutoribus Phariseis, & Scribis solus remanere dicatur. Et mulier in medio stans. Verecunda, & gemebunda expectans Christi sententiam.

Anton. Vlyf. Carthuf. Caieran. Hugo.

Intima vnio inter Christum, & suos discipulos.

Iesus præcipit persecutiones.

QVÆSTIO X.

Quare Pharisei, & Scribæ, qui mulierem vinctam adduxerant, ea tamen relictâ abeunt, & recedunt?

66. Ratio diffinitiuæ.

ALDE mirum est, quod Scribæ, & Pharisei secum ferentes mulierem adulteram comprehensam, sic tamen abscesserunt, vt nec eam secum referant, nec amplius de ea, ac eius damnationis sententia cogitent, ex quonam principio hæc vis orta est, ex qua sic abire festinarunt? D. August. serm. 94. de tempore ait, quod Christus

August.

leuauit oculos suos, & inspexit terram, & fecit eam tremere; At illi compuncti tremefacti sunt, & vnus post alterum recesserunt, sententia magni Patris veneranda; tamen ipsemet Augustinus recessum Scribarum, & Phariseorum præcipuè Domini voci adscribit, vt dicam in hac quæst.

Respondet primò Beda: Nemo peccatricem foeminam damnare ausus est, quia in se cernere ceperunt singuli, quod magis damnandum cognoscerent; efficacia virtutis Christi viderunt isti in se scelera sua, & multa confusione, ac ignominia conuicti, Christi aspectum non ferentes, qui mulierem vinctam adduxerant, eam liberam relinquentes reddunt.

67.

Beda. Appropria conscientia conuincuntur.

Secundò. D. Ambrosius Epistol. 58. Denique discedentibus illis, ait, remanet solus Iesus, & mulier in medio stans. Donaturus peccatum, solus Iesus remanet, sicut ipse ait, Ecce venit hora, & iam venit, dispergamini vnusquisque in sua, & me solum relinquatis. Solus remanet, quia non potest hoc cuiquam hominum, cum Christo esse commune, vt peccata condonet. Cum mulier accusatur, vt pœna, ac ignominia afficiatur, altant Scribæ, Pharisei; at cum venia, & salus reis sit impendenda, ac procuranda, ne pereant, nullus alius interuenit, ac reperitur, nisi solus Iesus, à cuius bonitate, ac misericordia venit, vt homines non in interitum, sed in salutem veniant, & quantò maior est miseria hominis, tanto magis mouetur Diuina clementia ad pietatem, ac indulgentiam. D. Augustinus in præsentia: Relicti sunt duo, ait, miseria, & misericordia, Quia nimirum. Abyssus abyssum inuocat. Abyssus peccatorum mulieris inuocabat abyssum misericordiæ, & pietatis Iesus.

68.

Ambros.

Salus, & vita non ab homine, sed à solo Iesu venit.

Tertiò. D. Augustinus tract. 33. Vox iustitia est, ait, puniatur peccatrix, sed non à peccatoribus. Impletur lex, sed non à præuaricantibus legem. Hæc vox omnino iustitia est: qua iustitia illi, tanquam trabali telo, percussit, se se insipientes, & reos inuenientes, vnus post vnum omnes recesserunt. Audita Christi voce, qui sine peccato est, &c. seiplos multis criminibus infectos agnoscentes, vices iudicis exercere non audent, ille enim, qui ob eadem, quæ agit, alterum damnat, iam se à iudicis munere deponit, & reum constituit, ipsa enim opera eum reum declarant, & demonstrant.

69.

August.

Iudicis vice se deponit ille qui eadem, qua punit, agit.

Aduersus Iehu clamat Deus per Oseam 1. n. 4. Adhuc modicum, & visitabo sanguinem Iezrael super domum Iehu. Visitabo, Syrus habet Vliscar. Magna hic infurgit difficultas. Iehu ex Dei iussu per Parentem Elifazum ministerio vnus filij Prophetarum 4. Reg. 9. num. 6. Achabi, & Iezabelis, ac filiorum eius sanguinem apud Iezrael, vt explicant Haymon, Albertus, Hugo, Sanch. & Cornel. Profudit; quare ergo pro morte impio Achab, ac cæteris inflicta, & pro eorum sanguine effuso denunciatur vindicta sumenda ex Iehu? Creatus est à Deo Iehu rex, vt domum Achab ob eius iniquitatem, & idololatriam occideret, ac sepeliret in valle Iezrael, ille verò tam seueræ vltionis minister, non est veritus in eundem lapidem se impingere, eadem idola colere, ac similem iniquitatem perpetrare; cum ergo ille in eodem crimine esset cum illis, quos puniebat, tantum distabat à debito recti iudicis, & ministri munere, vt simili pœna tanquam eiusdem criminis reus fuerit à Deo castigandus. Ruffinus lib. 1. in Oseam: In Iehu posteros qui Achab familiam deleuerat, idè dicitur ira consergere: non quod cades fuisset iniusta: sed quoniam, qui illam fecissent, per imitationem criminum, decus iudicium

70.

Osc. 1. Syr.

4. Reg. 9.

Haymon. Albertus. Hugo. Sanch. Cornel. Iudicium exiit qui committit crimina, quæ punit.

Ruffia.

iudicium perdidissent. Expende pro nostro instituto vltima verba.

71.

Ambros.

Multi sui muneris obligationem omittunt, vt sibi consulat.

Quartò. Scribæ, & Pharisei veluti iustitiæ ministri, & quodammodò specie zeli legis hanc mulierem comprehensam adduxerant, eam tamen modò solutam relinquunt. Christus iuxta D. Ambros. ac alios Patres, vt dixi supra quæst. 7. in terra eorum peccata scripsit; quamuis fortè zelo legis hanc peccatricem foeminam Scribæ attulissent, tamen cum Christus Dominus eos pungeret particulariter, eorum crimina eis obliuiscendo statim ab iniuncto sui muneris onere obliuiscuntur, sunt enim multi ministri, qui licet multum zelum pertendant, si tamen aliquis eorum peculiaria momordit statim omnem sui officij obligationem prætermittunt, & contemnunt, vt sibi consulant, suisque attendant.

72.

1. Reg. 2. Damian.

In sacerdote Heli legis zelus vigeat, nam cum audisset arcam Dei captam esse, de sella retrorsum cecidit, & mortuus est; communiter tamen culpatur, quòd defes extiterit in reprehendis filijs suis ob facultie, quæ committebant in templo, tamen ex scriptura constat, quod eos reprehenderit: eis enim dixit: Quare facitis res huiuscemodi, quas ego audio, res pessimas ab omni populo? Nolite filij mei: non enim est bona fama, quam ego audio 1. Reg. 2. n. 23. Ecce aperta est reprehensio, in quo ergo deliquit? Petrus Damian. lib. 1. Epistol. 6. ad Nicolaum Pontificem. Heli filios quidem, ait, redarguit, & corripuit, sed lenitate, ac mansuetudine Patris, non seueritate, & auctoritate Pontificis; & quos inimicos Dei, vidit in perniciem suam filios reuoluit. Heli Dei zelum habebat, & vt vidit filios suos contra Deum delinquentes; Nolite filij mei, tanquam suos, ac filios suos corripuit, sed multa blanditie, ac ignauia. Heli simul erat Pater, & iudex, in redarguendis filijs recordatus est, quòd esset Pater. Nolite filij mei, & oblitus est muneris, ac seueritatis iudicis; & minister, qui quamuis multo zelo exatdescat, tamen in suæ functionis rebus, oculos potius conicit ad consanguinitatem, amicitiam, ac cognationem, quam ad suam iniunctam obligationem, non persistet in munere, sed ab illo cadet, & deturbabitur, vt factum legimus in Heli.

Qui ob cognationem carnis onus sui muneris relinquunt, perit.

QVÆSTIO XI.

Quare audita Christi sententia primi, qui recedunt, sunt seniores?

73. Ratio diffinitiuæ.

IT Euangelista, quod auditis Christi verbis, qui sine peccato est, &c. Vnus post vnum exhibant incipientes à senioribus. Quæstio inquirat, cur senes sunt primi, qui recedunt, & non potius iuniores, vel etiam turba populi, nam hæc facile qualibet te mouetur.

74.

Ambros.

Rupertus.

Respondent primò D. Ambrosius Epistol. 58. Vel quod, ait, ipsi plura habuerent crimina, qui diu vixerant, vel quia priores vim intellexerunt sententia, quasi prudentiores. Et Rupertus hic. Seniores, ait, primum persenserunt responsum validum, & inexpugnabile esse quod calumniari nequirent, utpote ad intelligendum perspicaciores, idcirco primi loco cesserunt. Quæ verba altius sunt præmeditanda.

75.

Primò exierunt senes. Primò, vt ait D. Ambrosius, quod ipsi plura habuerent crimina. Ob longio-

rem vitam maioribus criminibus inficiebantur, frequenter in creatis antiquitas multis erroribus forderet. Sic Daniel. 13. num. 52. Susannæ accusatores appellat; Inueterate dierum malorum. Vel secundò senes primi recedunt, vt qui in vitæ emendatione alacriores esse debeant. Prædicata penitentia à Iona in Niniue ciuitate 3. num. 5. Vestiti sunt, succis à maiore, vsque ad minorem. D. Hieronym. ibi maior ætas incipit, & vsque ad minorem peruenit. Cum enim negotium esset de vitæ emendatione, ac morum reformatione, seniores dant exordium.

Daniel. 13.

Senes in vii emendatione alacriores. Ioan. 3. Hieron.

76.

Prudentia senibus. Hieron.

Daniel 7. Apocalypsi.

Tertiò. Quia senes utpote prudentiores vim sententiæ Christi priores intellexerunt, valde enim senibus prudentia gemana est. D. Hieronymus in Ecclesiastes 10. num. 6. Vt tibi terra. Sic ait. Lege Daniele 7. num. 9. Vestitum dierum inuenies Deum. Lege Apocalypsim. 1. num. 14. Et caput saluatoris candidum, vt niuem reperies. Cur tantis Scriptura Deum in habitu senis exprimit, ac representat? vt ipsa senectute eius summa prudentia, ac sapientia denotetur, ac monstretur.

Ioan. 8. n. 10. Erigens autem se IESVS, dixit ei: Mulier vbi sunt, qui te accusabant? Nemo te condemnauit.

Num. 11. Quæ dixit: Nemo Domine. Dixit autem IESVS: nec ego te condemnabo: Vade, & iam amplius noli peccare.

VERSIONES.

Pagnin. Arias Erectus IESVS, & nemi- nem spectans præter mulierem, dixit ei: Vbi sunt illi accusatores tui?

D. Ambrosius. Nemo te lapidauit. Vatablus n. 11. Dixit autem IESVS. Nec ego te condemno.

Græcus. Nunc ne amplius pecces. Arabicus. Vade, & ex nunc ne reuertaris ad peccatum. D. Ambrosius. Vade, & à modò vide, ne pecces.

EXPOSITIO I.

RIGENS se autem Iesus. Eleuans in illam suæ misericordiæ oculos, qui lingua iustitiæ aduersarios expulerat. Præclare D. Augustinus tract. 33. in Ioan. Quia illa audierat, ait, qui sine peccato est, prior in illam lapidem mitat, ab illo se sperabat puniendam, in quo peccatum inueniri non poterat. Ille, qui aduersarios eius repulerat lingua iustitiæ, leuans in eam oculos mansuetudinis, interrogauit eam. Ecce quantum nostrum captum diuina superat pietas, mulier ex auditis Christi verbis, timebat ab ipso lapidari, qui sine peccato est, ab ipso tamen misericordiam obtinuit; Mulier vbi sunt, qui te accusabant? Optimè sciebat Christus vbi illi essent. Interrogat eam tamen, vt mulier ipsa interrogatione prouocata AA 4 clarè,

77.

August.



clare, & aperte cognoscat suum benefactorem, cuius iustitia lingua eius accusatores abigere fecerat. Deinde ut fiat omnibus evidens, quod valet eam dimittere, cuius accusatores incepta causa dimiserant. Nemo te condemnavit, ut fiat notorium, quod cum nullius sententia sit mulier damnata, liberum esset ei eam absolvere.

78.

ut alterius propeffione se nle nobilitate, idem est nemo.

Que dixit. Nemo. Nullus Scribarum, & Phariseorum mortis sententiam in eam dixerat, ad hoc adduxerant eam ad Christum, ut ipse in eam proferret sententiam. Nemo. Quia nullus immunis a peccato eam ad lapidandum se obtulerat, sed omnes suo recessu se peccatores confessi sunt. Nemo. Cum mulier multos contra se haberet accusatores, qui eam ut morte dignam conclamabant, tamen eos neminem dicit; nam illi mulieris infamiatione, ac depreffione se se sublimare volebant, & qui talis sunt ingenij, merito tanquam neminem reputat prudens femina. Domine. Honoris vocabulo eius benevolentiam sibi mulier conciliare intendit, ne ab ipso damnetur. Cardinalis Hugo, ait, quod mulier credidit, cum Christum Dominum professam sit.

igo.

79.

79.

oan. 3.

Nec ego te condemnavo. Græcè de præfenti. Condemno, etsi Pharisei recesserint conscientia remordente, ego tamen, qui immunis sum ab omni peccato, & ut omnium iudex, qui te poteram condemnare, nolo tamen, quia veni non ut iudicem mundum, sed ut salutem. Ioan. 3. num. 17. Vade. Libera nempe ab omni culpa, & poena, ut dicam ad initium quæstionis sequentis, nullam mulieri iniungit poenitentiam, dona Dei sunt vndique perfecta, & absoluta; sed tantum cauere præcipit a futuris. Noli amplius peccare. Non solum illi prohibet adulterij peccatum, sed etiam quodecumque aliud. Imò non solum peccatum prohibet, sed etiam voluntatem illius, ideo ait: Noli peccare.

QVÆSTIO XII.

Quare tam plenarie Christus mulierem absoluit ab omni culpa, & poena?

80.

Mulier libera a poena, & culpa.

VM Christus Dominus dixerit mulieri. Vade. Eam dimittit liberam ab omni peccato. Nam interius illi inspiravit contritionis actum, per quem meruit mulier iustificari. Et cum etiam illi dixit. Vade, eam dimittit liberam ab omni mortis poena, nam ut supremus Dominus eam illi relaxavit, ac sua diuina virtute repressit Iudæos, ne in mulierem quid amplius auerent. Pro hac sententia sunt D. Ambrosius Epist. 76. & hic Beda, D. Thom. Lyrans. Carthusian. Ianfenius, Toletus, Barradas, & alij. Pro quo eleganter ait Euthymius. Satis erat coram tot aduersariis erubescencia pro supplicio, maxime, cum sciret, quod illam toto corde poeniteret. In vito nobili erubescencia æquivaleret mortis supplicio.

Ambros.

Beda.

D. Thom.

Lyrans.

Barad.

Euthym.

Erubescencia pro poena.

81.

Ambros.

Pharisei condemnant Iesum absoluit.

Ad quætionem respondet primò D. Ambros. Epist. 58. Non damnat, ait, quasi redemptio, corrigit quasi vita, quasi sponsa abluit. Ratio a priori huius rei est diuina misericordia, & pietas, Christus Dominus ipse erat redemptio, & propitiatio pro peccatis nostris, ideo mulierem non damnat, sed absoluit; erat vita, inde mulierem non perimit, sed corrigendo viuificat in vitam, & cum Christus sit fons eam mundat, & lauat ab omni iniqui-

namento. Et maxime notandum. Quod Scribæ, & Pharisei pleni malitia, & vasa iniquitatis mulierem accusant, & damnant; Iesvs filius Dei, in quo non est peccatum, nec dolus eam absoluit, & liberat.

82. Helicid.

Secundò. D. Helredus ferm. 2. in Isaiam. Vnus post unum exierunt. Scilicet Pharisei, ait, cum sola misericordia solam miseram relinquentes. Mulier erat tacens, & nil pro se rogat. Scribæ, & Pharisei multis contra ipsam proclamabant. Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Et tamen mulier absoluitur, & misericordiam impetrat. Vnde hoc? Præfentata erat illa Christi oculis; & sufficit misero; si per se ipsum miserationum pelago astet. Vehementius clamabat erga Christum misera tacentis mulieris, quam voces Scribarum acousantium. Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare.

Ipsa misera vehementissime clamat ad Deum.

83. Ambros.

Tertiò. D. Ambrosius Epist. 76. Aduerte, ait, quomodo propriam sententiam temperavit, ut Iudæi de mulieris absolute calumniari nihil possent, sed in se magis calumniam retorquerent, si queri vellent. Dimittitur enim mulier, non absoluitur, quia de erat accusator, non quia innocens probatur. Quid ergo quererentur, qui priores a persecutione criminis, & ab executione supplicij destiterant? Cum mulier hic à Christo dimittitur, videtur, quod detur occasio Iudæis Christum accusandi, nam cum ipsi audirent, vel viderent adulteram à Christo dimissam, eum ut diuina legis transgressorem arguunt. Alta Dei sapientia os obtulit illis, nihil enim IESVS in hoc fecit, quod ipsi prius non fecissent; Prius illi à damnatione se abstinent, ac mulierem adulteram liberam dimittunt, & tunc post illos IESVS mulierem dimittit, ac abire iubet, quo rerum ordine eorum venenosa lingua refranatur; quis enim in aliis condemnet, quod prius ipse fecit? Quid ergo quererentur, qui priores a persecutione criminis, & ab executione supplicij destiterant?

Particeps criminis eius dem reum damnare non potest.

84. Ambros.

Quartò. D. Ambrosius proxime citatus. Dimittitur mulier, non absoluitur, quia de erat accusator, non quia innocens approbatur. Liberatur mulier non quia non peccauerat, sed quia accusator de erat, ut nullam inde Iudæi accusandi Christum haberent euasione; nam prius ipsi ab accusatione desistentes dimiserunt mulierem. Vbi sunt, qui te accusant? Nemo Domine. Et tunc Christus eam abire mandauit. Hanc rationem literalem existimant Toletus, Lucas Burgensis, Cornelius, & alij.

Dimittitur mulier, quia de erat accusator. Tolet. Lucas Borg. Cornelius.

85. Chrysol.

Quintò. D. Petrus Chrysol. ferm. 49. alludens, quod Iudæi pertinaci inquisitione Christi dicta, & facta discutiebant, ipse circa crimen mulieris adulteræ nil inquit; sic ait sanctus Pater. Iudicatur hic solus, scilicet Christus, qui solus iudicare noluit ne pmiret: improba seueritate discutitur, qui ut largiretur veniam, nil quasiuit: cum solus innocens inuenerit, omnes reos, ad iudicium pietatis immensa suscipere maluit, quam rogare sententiam. Valdè extraordinaria, ac contentiosa inquisitione Iudæi opera, ac verba Christi rimabantur, ac inuestigabant; Quomodo hic literas scit, cum non didicerit? Ioan. 7. Præfentata hac muliere adultera Christus nihil de eius crimine, ac circumstantia exquirat, nec testes adducit, nec eorum numerum, ac qualitatem examinat, nec perscrutatur, an esset assueta, vel prima vice prolapsa; Iudæi tam nimia contentione facta Christi rimantur, quia volebant iudicare, volebantque eum

Ve veniam Christus largiatur, nil scrutatur.

86.

Ambros. Verecundia subleuat poenam.

Iosue 7. Festina confessio veniam obuiet.

Rupert.

87.

Ambros. Daniel. 13. Magna felicitas bonum habere iudicem.

88. Ambros.

Ob disparitatem iudicis Susanna absoluitur, Christus condemnatur. Daniel. 13.

89. Cyrill.

eum econdemnat, ac Christus Dominus decreuerat mulieri indulgentiam concedere; Qui ut largiretur veniam, nil quasiuit. Qui damnare intendit multus est ad inquisitionem, quam prætermittit, qui indulgentiam concedere disponit.

Sextò. Mulier, licet nihil ore protulerit, tamen ubi comprehensa est, statim rubore vultus, verecundia faciei, sua taciturnitate, ac multa compunctione, qua tacendo crimen confitebatur, veniam promeruit. D. Ambrosius in Psalm. 37. Plurimum, ait, suffragatur reo verecunda confessio; & poenam, quam custare non possumus, pudore subleuamus. Ex quo colligo rationem, ob quam Achan licet suum crimen confessus sit; Vere ego peccavi Domino. Iosue 7. num. 20. lapidatur a populo. Lapidauit eum omnis populus Israel. Et tamen hæc mulier, quæ tali poena erat obnoxia, liberatur. Nam Achan licet peccatum confessus sit, tamen valde morosus fuit in illo propalando, & inde tantæ poenæ reus est factus. Rupertus in Iosue cap. 21. Confitendo respondit, ait, vere ego peccavi Domino Deo Israel, & sic sic feci; non tamen vllam mereri veniam debuit, quia videlicet confessio nimium tarda fuit. At verò hæc mulier in culpa non perseueravit, sed quantum colligimus statim ubi comprehensa est, sua verecundia, qua non audebat loqui, sine mora crimen fatebatur: supplicium autem, quod obdurata pertinacia in occultando delicto vindicauit, festina criminis protestatio sustulit, ac diluit.

Septimò. Mulier per vehementem dolorem, ac ingentem contritionis actum ei à Christo interitus insulsum promeruit obtinere veniam, non solum sui peccati culpæ, sed etiam illius poenæ, ut est satis probabile; felix mulier, quæ talem nacta est iudicem, ut in iustitia, ac veritate iudicaret; hoc tanquam magnum beneficium celebrat D. Ambrosius ferm. 1. de Susanna, in hac sancta femina, quæ ob sui pudicitiam promeruit à Deo sanctum Danielem sui iudicem, cap. 13. n. 45. cuius probitate de vili sententia securam, & certa erat Susanna, de qua hic loquitur sanctus Doctor. Multum de Deo pudicitia consequitur, cum iudicem virginem promeretur: Secura est enim de victoria Castitas, cui est iudicatura virginitas.

Idem D. Ambrosius ferm. 2. de Susanna præclare notat, quod Christus, & Susanna comprehenduntur, ac in iudicium trahuntur, Susanna dum de adulterio obiurgat senes, ipsa tanquam adultera retinetur: at Christus dum de sacrilegio arguit Phariseos, ipse tanquam sacrilegus accusatur, vterque falso crimine ducitur. Tamen Susanna absoluitur, Daniel. 13. num. 60. Christus verò condemnatur. Pulchrè D. Ambrosius. Similis erat in vtroque causa iudicij, nisi quod meliore vsa est iudice Susanna, quam Dominus. Hunc enim preses indicat, hanc Prophetia.

QVÆSTIO XIII.

Quare Christus dixerit mulieri: Noli amplius peccare?

COMMENDAT Dominus mulieri ut peccatorum relapsam caueat; pro quo audiendus est D. Cyrillus lib. 5. cap. 17. Mulierem absolutam iubet Dominus abire, id solum ei iniungens, quod à modo sibi à peccato cau-

ret, & ne in priora relabatur mala. summo studio vigilaret. Nam relapsus in agriudinem periculosior esse solet, & exitio propior, quam prior languor. Et quos prima valetudo aduersa non extinxit, sapienter iterata post redditam incolumitatem agrotatio subleuat è vita. Haud secus frustra poenitentia medicamentum sumitur, si postquam peractam ad præterita vitæ sordes reditur. Quod multis exemplis confirmat citatus Cyrillus. Vxor Lot retro respiciens, Versa est in statuam salis. Genes. 19. num. 26. Cur non quando habitat in Sodomis, sed quando ad illam coniecit oculos? ut hoc documento instruantur grauius puniri relabentem in peccatum, quam in ipsum primò cadentem. Citatus D. Cyrillus. Inducendum nobis esse exemplum ne ad deploratas reuertamur peccatorum illecebras.

Facilius remittitur peccatum, quam illius relapsus.

Genes. 19.

Cyrill.

90.

2. Reg. 16.

3. Reg. 2.

Culpa ex relapsu grauior.

Cyrill.

91.

August.

Semei mittebat lapides contra Dauid, & eum pessima maledictione detestans, dicebat: Egredere, egredere vir sanguinum, & vir Belial. 2. Reg. 16. num. 7. tamen à rege veniam obtinuit; postea verò negligens mandatum Salamonis exiens ab Ierusalem morte damnatur. 3. Reg. 2. num. 36. Cur in primo delicto habuit veniam, non in secundo? cum tamen primum ex suo obiecto esset grauius, importabat enim rebellionem, iniuriam, odium, & contumeliam, ac scandalum in regem; ac verò in secundo crimine ad exendum extabat excusatio; ne suos seruos fugitios pateretur. Vnde ergo tanta hic poena? Quamuis secunda culpa ex obiecto esset leuior, tamen ex relapsu circumstantia duriori supplicio puniendâ fuit. Citatus D. Cyrillus. Quid aliud, ait, nobis hic Semei casus innuit, nisi timentam esse, & grauius firmidandam Dei iram, si iterum, atque iterum eadem peccata committimus flagitia?

Secundò. D. Augustinus tract. 33. in Ioan. Nec ego te condemnavo: quid Domine? faues ergo peccatis? Non plane ita: attende quod sequitur, vade, deinceps iam noli peccare; ergo Dominus damnauit, sed peccatum, non hominem. Duo erant in muliere ista, natura, & culpa; vtrumque poterat Dominus condemnare: naturam, si iussisset mulierem lapidare; culpam, si non absoluisset. Poterat, & vtrumque absolute, si dixisset, ut ait D. Thomas, Vade, viue ut vis, esto de mea liberatione securam; & ab inferni tortoribus liberabo; sed iustus Dominus naturam absoluit, nec ego te condemnavo, peccatis verò non fauens, illa enim damnauit: dicens; Noli amplius peccare. Pergit citatus D. Augustinus. Dulcis, & rectus Dominus. Psalm. 24. num. 8. Ama quod dulcis est, time quod rectus est. Ut dulcis pepercit mulieri, ut rectus prohibet peccata, ne in noua incidendo maiorem poenam incurrat.

D Thom. Christus absoluit naturam, condemnat verò peccatum.

August. Psalm. 14.

Tertiò. Hugo Victorinus lib. 1. Miscella. 2. tit. 19. Venit ergo, ait, Iesus, & ita se omni mansuetudine exhibuit, ut peccatricem animam septem demonis adulteram de manibus lapidantium eriperet. Præpente septem demonis adulteram. Mulier solo de adulterij crimine accusabatur, & tamen absolute ait illi Christus Dominus. Noli peccare. Quod de omni peccato intelligitur, si tantum de adulterio agebatur, cur de omnibus peccatis admonitionem dat Dominus? In vno enim adulterij, ac lasciuia crimine omnia peccata tanquam in compendio continebantur; septem demonis adulteram. Per septem demonia omnia vitia denotantur, quæ enim luxuriæ erat dedita, omni vitio, ac turpitudine laborabat. Pro causa Davidis. Iratus autem Saul

92.

Hug Victor.

In lasciuia omnes vitia clauduntur.

Saul